

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Qvintae Partis Iohan. Eckii In Lvtherum Et Alios. Tomvs ...

Homiliarum de Sanctis. Homiliae V. de speranda uictoria ex Turca, ad
Reuerendissimum Cardinalem Tridentinum, additae

**Eck, Johannes
Luther, Martin**

[Augsburg], 1534

VD16 E 392

Evangelium hoc iam ante explicavim [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-62128](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-62128)

fatis esse putant Ecclesie catholice se a uersari esseque inobedientes, nisi insuper iam hodie demum, uestitu simul & gestu fatuos, bubalos & asinos sese simulent, quasi pce niteat eos esse quod homines sunt, est ea certe non minima sanctissime fidei nostre contumelia & ignominia.

Es. 4. 15. Sed & Lutherani quod hic obijciant habent, clamitantes, dixisse dominum per Esaiam prophetam, Nunquid istud uoca bis ieiunium & diem acceptabilem domi no, saccum & cinerem sterneret similiter & Iohel dicit, Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra: Ad quae respondemus, Dominum hic uoluisse, exhibitionem ista externam nihil esse nisi simul ipsum quoque cor conspiret, idque ut est uerissimum, ita omnia illa ideo intermittere debere externa, nusquam ex sacris literis uere colligitur, Vtrunque enim uno illo capite connectit mutuo quodam ueluti nodo Iohel dicens, Conuertimini ad me in toto corde, in ieiunio, fletu & planctu &c. Sic enim placatus est Dominus super Achab, quod coram eo humiliatus est, &c.



Die. S. Matthie
Apostoli Euangelium
Matthei. xi.

Euangelium hoc iam an

te explicauim? Dominica 5. post festum ~~Epiphaniæ~~, idque parte prima require: Et tñ ad uberiorem sanctissimi apostoli Matthei laudem & gloriam, qui & ipse iudex cum Christo comparebit in extremo iudicio, libet hic de sua electione scripturam Lucæ in libro Actuum apostolorum explanare.

Lucas Cap. I. Actuum Apostolorum.



L diebus illis, Exurgens Petrus, in medio fratrum dixit: Erat autem turba hominum similes fere ceterum uiginti, Viri fratres oportet impleri scripturam, quam predixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehendit Iesum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius, Et hic quidem possedit agrum de mercede ini quitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius, Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his uiris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore in quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens a Baptismo Iohannis, usque in diem, qua assumptus est, a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph ^{infra. 4} qui uocabatur Barsabas, qui cognos

epiphaniæ

Psalm. 108.